

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Tractatus theologicus de doctrina christiana s. de rudementis christ. fidei -
Ettenheim-Münster 99

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Praefatio

[urn:nbn:de:bsz:31-110904](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110904)

Series

2.
1a

Sublimium Disciplinarum et Sacrarum Scientiarum
Viris Ecclesie ministeris Deputatis utilium et necessariorum, p.

In commodum et utilitatem quorumlibet Monasteriorum,
et Virorum Ecclesiasticorum, ea probatissimis celeberrimorum nostrae
aetatis Theologorum, S. Scripturae Interpretum, Juris utriusque
Consultorum, Historiographorum, necnon Philosophorum Operibus
confirmata ac Digesta, variis partibus ad eruditionem comparatis
illustrata, et in quatuor partes distincta

A

Religiosis Monasterii Divi Ethonis vulgo Ettenheimmünster diti
Ordinis S. Benedicti in Brisgaja.

Curante et Dirigente

P. Gallo Cartico Baurtrutanò Raraco ejusdem Monasterii
Professo Capitulari et Subpriori, necnon SS. Theologiae
Professore, ac Sacrae Congregationis Judicis Consultore.

Praefatio.

Haec nonnunquam Lectoribus nostris fore arbitramur statim huc
exponere ea, quae ad conscribendam hanc Sublimium Disciplinarum
et Sacrarum Scientiarum Seriem, quam modo juris publici facimus,
ansam praeberint et occasionem. Nempe Viri graves, et sive si-
gmitatem, sive scientiam, sive denique religionem et pietatem spectes,
Summe commendati jam dudum in votis habuere, ut, quando Sublimi-
um et Sacrarum litterarum Studium totius formae Discipline Mo-
nasticae fundamentum esse dignoscitur, quis magis illud in Monaste-
riis nostris promoveretur ac solidius firmaretur, tandem Series quo-
dam Sublimium illarum Disciplinarum et Sacrarum Scientiarum
quibus juvenes Religiosi imbui solent, solida simul et perspicua me-
thodo coninnaretur ac prolo subjiceretur, eandem postmodum pra-
legenda.

Haec ratione factum iri pervidebant Sapientissimi Viri isti, ut,
cum harum Disciplinarum et Scientiarum Magistri et Professores,
tum eorum Discipuli haud vulgare compendium inde percepturi
essent: illi quidem, quod cum perfecta jam Opera ipsis pro manibus
futura essent, arduo Similia conscribendi, quae forte postmodum
haud amplius placerent, labore levarentur, atque sic Philosophos,
Theologos, Juris utriusque Consultos, imò Concilia, SS. Patres, S. Scrip-
turae Interpretes circa eas, quas prolegerent materias et quaestiones,
perscrutandi et evolendi, proinde magis ac magis in doctrinam et docendi
arte proficiendi ipsis otium foret: Discipuli vero, quod a fastidioso
et penè perditò multorum annorum scribendi tempore exenti, plura
intra unius, ~~quam~~ quam alias intra trium, aut forte etiam quatuor
annorum spatium sine ullo tadio, sed jucunde et solide edoceri et
discere valerent, p.

4

Hujus laudatorum sapientissimorum ac doctissimorum Virorum, quibus in omnibus morem gerere religio nobis semper fuit, consilii exequendi provinciam ab ipsis in nos delatam ultro ac libenter suscepimus, necnon ad coniuuandam hanc Seriem mentem manumque admoimus, atque satis felici, quod arbitramur, successu post impigrum aliquot lustrosum laborem digessimus, ac illius us extrema perfecimus.

~~Hic porro illius Ordo et Oeconomia. Sive in octo sive in decem~~
~~in quatuor~~

Hic porro illius Ordo et Oeconomia. Eam in quatuor partes distinguimus. In prima duobus Tractatibus, quorum unus Doctrinam Christianam per modum Catechismi exponit, alter vero Aetico-Theologicus de Religione seu Statu Religioso agit, ambo ad usum Novitiorum, promissis, sequitur Philosophia Eclectica ad mentem et methodum celeberrimorum nostra aetatis Philosophorum comparata, et in quatuor partes, Logicam nempe, Metaphysicam, Physicam, et Ethicam seu Philosophiam moralem distributa, interseruntur Elementa Geometrica: accedunt quoque Exercitationes Philosophicae ad varia singularum partium ejus partium Capita accommodata, cum Indice copioso.

Secunda pars exhibet Theologiam Universalem quatuor Tomis distinctam in quorum primo Singulis Tractatibus de locis Theologicis differimus, scilicet de S. Scriptura; de Traditione sacra; de Ecclesia; et denique de SS. Patribus Historia cum Ecclesiastica tum profano Scripturis, Theologis Scholasticis Juris utriusque peritis, ratione naturali, Philosophis, horumque omnium in rebus Theologicis, p. auctoritate. Accedit Appendix de propositionum Censuris.

In secundo distinctis item Tractatibus agimus de Deo Uno et Trino; de Angelis et de Homine, seu de Deo Creatore; de Incarnatione Verbi Divini; cui subjungitur Appendix de cultu et Invocatione Sanctorum necnon de veneratione S. Crucis, Sacrarum Reliquiarum, et Sanctorum Imaginum, et denique de gratia Christi.

Tertius Tomus complectitur Tractatus de Actibus humanis, et Conscientia; de Legibus; de Virtutibus Theologicis Sive Spe et Charitate; de Virtute Religionis; de Virtutibus Moralibus, quae Cardinales nuncupantur, Prudentia scilicet, Fortitudo, Temperantia, et Justitia, ubi et de Jure, cui additur Appendix de Restitutione; et denique de Peccatis, cui subjungitur Appendix de Immaculatione B. V. Mariae Conceptione.

In quarto denique octo Tractatibus de Sacramentis in genere et in specie nobis amplius est sermo. Accedunt etiam Exercitationes Theologicae ad variorum Sacrae Theologiae Tractatum varia Capita accommodata, et in utramque partem ventilata, una cum Indice copiosissimo, p.

Partes tertiae de utroque Jure, Canonico nempe et Civili tractat: ac primo exhibentur Institutiones Jurisprudentiae Canonico-Civiles, quibus natura, origo, principia, differentia, contrarietates, loci argumentorum legales, axiomatica, regula, termini, abbreviationes, p. Juris utriusque breviter exponuntur Tum Collegia Juris Canonici ad V. libros Decretalium Gregorii IX. in methodum brevem et claram redacta. Deinde Institutiones Imperiales theoreticae et practicae digesta et explicata. Denique Delinatio Pandectarum brevi et perspicua methodo expressa.

Accedunt varia Exercitationes Juris utriusque praesertim Canonici; una cum Indice copioso.

Part quarta tandem Geographiam, et Historiam Ecclesiasticam breviter et clare methodo exaravit, et ad nostra usque tempora perductam continet.

Ceterum in conscribenda ac conuinanda hac nostra Serie non admodum solliciti fuimus multorum Auctorum Opera uti: inutile namque Nobis visum est plurimum evolendis Scriptionibus ubique idem ferme referentibus tempus velut perdere. Paucos igitur, sed celebratissimos, nostra aetatis Scriptores nobis selegitur, ex quorum Operibus velut Archetypis ea, qua meliora et solidiora, necnon ad institutum nostrum iudicavimus aptiora hausimus, atque in nostram Scriptionem transtulimus.

Hac Statim eloqui placuit, ut obviarem seu potius responderemus Iccitati quorundam malevolorum Semi-Doctorum, si vel hoc nomine nuncupari mereantur, quippe qui, cum a ceteris rebus tenuiter admodum instructi sint, in sublimioribus et sacris Disciplinis plane rudes et ignari esse perhibentur, quique, velut ipsis mens forsque perisset, ea vitia, quibus eum ipsemet colueantur, aliis afficere non verentur, sibi que nomen et existimationem aliquam apud imperitos conciliare se posse arbitrantur, si absque sensu et ratione aliorum Opera et Scriptiones, quas ipsemet ne quidem a longe valent attingere, carpant, contemnant, et prosciendant.

Nempe Similes Phariseis illis Matth. c. 12. v. 10. expiscantur, inquit post S. Hieronymum Commentator noster*, ut habeant, non quod discant, sed quod calumnientur, vel eos, quibus nimis bene affecti sunt, apud alios odiosos reddant.

Sed sciant, velimus, maledici cavillatores isti, se his suis Diatribis hanc haud abstergere ignorantiam, verum contra eandem magis adhuc prodesse, et non nisi contemptum apud Sapientes, et eruditos, imo etiam apud imperitos mereri, p. Ast Satania, ^{hoc ut eos}

vocat Commentator noster*, ingenia, seu potius ridiculos hominiones istos* loc. cit. qui malunt docti apud imperitos videri quam se ipsa esse, velut commiseratione potius quam odio dignos nihil moramur sed miseros facimus, et qua instituti nostri sunt prosequimur.

Id ergo in hac nostra Serie a nobis duntaxat praestitum est: nempe omnia convenienti Ordine disposuimus, atque, ubi consultum duximus, Stylo nostro exaravimus. Quae in nostris Archetypis nimis contracta videbantur, magis expandimus; nimis fusa et ampla contraximus: quae obscura quodammodo videbantur, clariores dictione, quantum in nobis fuit, expressimus: minus solida vero, minusque utilia abesse iussimus, vel ita brevi sermone retulimus, quo eorumdem contentum potius quam studium ingereremus, p.

In Philosophia nulli Speiatiom Secta nomen dedimus; neque tamen animus fuit novas ibidem condere sententias aut opiniones, sed ex variis eas, quae nobis verisimiliones visa sunt, selegitur et excepimus; unde et Eleaticam illam nuncupare placuit. Interdum etiam, praesertim in Physicis, circa non paucas sibi invicem contrarias iudicium nostrum suspendimus, quod in iis rebus, quae illa expendunt, veritatem haud satis recte posse censuerimus; proinde sufficit nobis huiusmodi opiniones seu quaestiones per modum, ut ajunt, problematis retulisse. Eidem ~~Elementa~~ Elementa Geometrica adiungimus, utpote Discipulis sicut utilia si non omnino necessaria. Ad illius calcem quoque ~~Geometria~~

7c
+ 6

* Germanus
Cassius in
c. 12. Matth.
v. 10.

7

rationes, varias Inventiones Philosophicas, attenuimus ad varia ~~opodora~~ par Chi-
losophia partium capita accommodatas in majus Discipulorum commodum
et utilitatem; ut scilicet ea, quae in ipsis Philosophia contenta interdum
brevius forte, quam ab ipsis optari posset, differimus, quodammodo Supplementum
ne non ampliorum se se in Scholastica disputandi methodo magis exercenti ipsis
praeberemus occasionem.

Duos, quos eidem praefiximus de Doctrina
Christiana et Statu Religioso Tractatus ex Scriptionibus R. P. Germani Car-
tier p. m. collegimus et concinnavimus.

4
+ Theologiam nostram Universalem nuncupavimus, quod ea omnia,
+ que in Theologia sive Speculativa, sive Morali, sive Positiva, sive deni-
que Dogmatica exponi solent, ipsa ample complectatur. Attamen
ad Dogma praecipue animum nostrum intendimus, necnon questiones, quae
illud spectant, ea, quae potuimus, soliditate tractavimus et emulcavimus: at-
que imprimis in nobis cura fuit, ut ubique saniorum semper doctrinam sectave-
mur, ac praecipue, cum tulit occasio, illam, quae debitam in legitimos Superio-
res submissionem et observantiam commendat. Ubi vero de haesi qua-
cunque nobis differendum fuit, illius hincetam historiam, quo oratio nostra
lectoribus amoenior fieret et gratior, semper praemisimus. Alias autem
questiones, quae quidem momenti alijus esse videntur, Schola tam Dispu-
tationi ab Ecclesia relicta sunt, plerumque problematicae, ut ajunt, proposi-
mus, relativae duntaxat Doctorum momenti, quibus opiniones suas hinc
inde fulvis conantur: cum enim nulli Schola nomen demus, neque tam
Scholasticorum Doctorum, quam potius S. Scripturae, Conciliorum, praesertim
Oecumenicorum, Sanctorumque Patrum hinc nitamur auctoritate, positio-
nesque nostras roboramus, inutile inquam ineptum judicavimus inter varias
eisque oppositas variorum Theologorum sententias et opiniones, quarum
qualibet sua haud caret probabilitate, uni pro altera ad stipulari velle.
Nempe maluimus apertum Disputationis campum illis relinquere, quos hu-
jusmodi questiones delectant, quem quisque eorum pro suo genio ex-
currere possit: nihilominus ut aliquorum forte votis quodammodo
satisfaceremus, ad calcem Theologiae nostrae plures hujusmodi questio-
nes, quod jam supra memoravimus, in utramque partem ventilatas ex
Scriptionibus R. P. Germani Cartier p. m. adiecit. At fuitiles et inanes
questiones illas, quibus sublimis haec Sanae Theologiae Disciplina hactenus
obscurata est potius quam illustrata, ut jam a nobis dictum, missas feci-
mus, vel haec solum ratione velut per transennam duntaxat retu-
linus, ut contentui exponeremus.

23
+ Quae in Morali Disciplina quidam alios severa nimis videbantur, quo-
dammodo temperavimus, laxiora vero constantius, atque medium
aliquod ubique tenere studuimus. Verbo ea omnia, quae viris Ecclesiae
ministerio addictis utilia et sicut necessaria fore, ac quibus tuto
ipso inmitti posse judicavimus, solide, perspicue, et, quantum oportet,
fusa Nos in Theologia nostra prosecutos esse arbitramur.

Institutiones Jurisprudentiae Canonico-Civiles: Collegia Juris Cano-
nici p. necnon Institutiones Imperiales, et Bandectarum delineatio-
nem ex Scriptionibus saepe laudati R. P. Germani nostri protulimus
et digessimus. Omnia haec brevi quidem, sed clara admodum, et om-
nino sufficienti exarata methodo, ut Discipuli seu Tyrones solidis

utriusque Jurisprudentia fundamentis commode imbuti valeant. De illa
Juris Civilis parte, quae Codex dicitur, nullam fecimus mentionem, quod
in eâ idem tituli et materiae ac in Pandectis redeant, quamvis non eo-
dem ordine, ubi et saepius ad eundem Codicis titulos provocavimus; unde
superfluum nobis visum est speciali opere eundem exponere, prae-
sertim cum ex Pandectarum licentia Codicis peritia ultro et facile
haberi possit. Hic etiam, quod supra jam indicavimus, in Discipu-
lorum seu Tyronum gratiam varias utriusque Juris Exercitationes
atteximus ex ejusdem R. B. Germani Castor p. m. Descriptionibus colle-
ctas.

Historiam denique Ecclesiasticam universalem, utpote viis Religio-
sis et aliis Ecclesiasticis non modo utilem, sed et hitu appropinque necessari-
am subteximus claram quidem et accuratam, sed luculentam; am-
pliores enim exhibere non permisit Institutum nostri ratio: enim-
vero pro Tyronibus dentatâ scripsimus; Satis ergo nobis fuit, ea om-
nia, quae quovis Ecclesia saeculo circa Religionem et Disciplinam Ecle-
siasticam acciderunt, quamvis laconicè, tamen perspicuè stylò ex-
pendere, ut sic singularum harum rerum, si non fufam, saltem
claram Lectoribus nostris subministraremus notitiam, ampliora de-
in, ubi scilicet ipsis otium fuerit, ex operosis variorum Historiogra-
phorum ac Scriptorum Ecclesiasticorum voluminibus hausturis. Ci-
dem Hydro-Geographiam seu totius Orbis terraquei amplam satis,
sed oppidò gratam Descriptionem, ut quae ad illam introductis esse
dignoscitur, praemisimus.

Haec Opera nostra insuper, ubi nimirum tulit occasio, notis histo-
ricis, geographicis, aliisque ad eruditionem comparatis illustravimus,
quò curiositati et eruditioni Lectorum nostrorum magis prospice-
remus et consulere, necnon haec nostra Descriptiones eisdem eò
juvenciores et gratiores fierent. Eaque demum copiosissimis justâ
et utilissimis Judiciis communitimus, inter quos singularem at-
tentionem meretur ille, quem ad calcem Theologiae tenuimus,
quippe qui totius hujus saeculi Disciplinæ compendium sit ordine
alphabetico digestum.

Cum primum quoque in id intenti fuimus, ut scilicet ubique unifor-
mitatem et consecutionem doctrinae servaremus, atque unum ex
aliis semper deduceremus; unde saepius in posterioribus ad priora, ni-
mirum in Theologia ad Tractatus de Doctrina Christianâ, et Statu
Religiosâ; in Philosophiam ipsam; in Jurisprudentiam ad Theo-
logiam, p. Lectorem nostrum remittimus, incommodum fore
rati, si bis res eandem loqueremur.

Quantum denique ad Stylum nostrum scribendique methodum,
clare semper et latine loqui studuimus; obscuritas enim et lingua
seu dictionis barbaries, quae Descriptionibus et Operibus quibuscumque
interdum obrepunt, quendam velut horrorem et fastidium Lecto-
ribus ingerere assolent, eosque ab illis perscrutandis et evolvendis
omnino abstrahunt; cum è contra Opera illa, quae claritatem
facilemque elegantiam quamdam spirant, cum voluptate percur-
rantur.

Verbo, in concinnandâ et digerendâ hac nostrâ Serie Sublimium Disci-
plinarum p. nihil eorum ~~o~~ Nos omnifere arbitramur, quibus Lectorum
 nostrorum commodis et utilitati consulereamus, eisq[ue] Opera præbere
 mus, quæ absque fastidio et cum voluptate percurrerent, necnon ex
 quibus haud exiguum compendium facere valerent. Spe proinde læ-
 tanur, litteratum et eruditum Orbem hanc Seriem nostram eâ avidi-
 tate et animi contentione excepturum, quâ nuper dignatus est susci-
 pere Opus nostrum Biblium, ad quod ipsa, sive argumenti dignitas
 et præstantia, sive commodum et utilitas spectentur, omninò conse-
 quitur.